



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 1. Quomodo animalibus distributi sint sensus, ad tex. com. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

occurrentium modo & ipsa tangentium obiecto-
rum, sed distantium item ac remotorum, quae
non nisi motu persequi ac sibi comparare possunt.
Haec autem tactum solum & gustatum praesentium
rerum, quas tangunt, hoc est imperfectissimos dun-
taxat sensus, qui per internum operantur medium,
a natura obtinuerunt: Illa omnem prorsus sentien-
di modum, tum per internum, tum per externum
medium.

Motum porro affirmare nobiliorem esse sensu,
rationi prorsus adteratur. Tum quia sensus facul-
tas cognoscens est, quae uniuerso genere melior
multo est non cognoscente: primisque ac optimis
substantijs cognitio tribuitur, non motus. Tum
quia is immediate intellectui famulatur, proxime
que cum hac diuissima facultate coniunctus est.
Motus simul cum appetitu famulatur sensui; dum
aut ad ea impellit, aut ab illis remouet ac retrahit,
sensu cognita & appetitu concupita fuerint vel re-
pudiata. Sanè sensus prior est motu. At in eodem
solum, non in diuerso, verum est, id, quod est prius,
imperfectius esse.

Qui verò solum hominem significari volunt,
cum omnes sensus dicitur a non imperfectis anima-
libus possideri; nullo modo audiendi sunt. Quo-
niam etsi homo perfectissimum sit, non solus ta-
men perfectum animal est. Neque de propria homi-
nis perfectione loquendum erat, sed de perfe-
ctione animalis, vt animal est; hoc est de perfeccio-
ne sentientis naturae, quae sensibus omnibus absol-
uitur. Haec verò solius hominis non est, sed alio-
rum complurium. Immo fortasse, vt illius interpre-
tationem occasionem tolleret, non dixit (perfe-
ctis) sed (non imperfectis): vt ea omnia significa-
ret, quae cum omnes habeant sensus, imperfectam
sentientem naturam adeptam sunt. Atque hoc mo-
do generalis magis & efficax probatio est; ex ijs de-
sumpta, quae animalis & sentientis naturae quatenus
eiusmodi est, conueniunt. Quemadmodum im-
perfecta ea dicuntur, quae Graeci *κατώτερα* nomi-
nant, quibus nullus inest sensus, nec sensorium vl-
lim, eorumque per externum mediū operatur; sed
solus tactus aut gustatus eorumque sensorium. Vt
quod vox ipsa testatur, inter animalia & plantas
ambigui & aëncipitis generis videantur. Dum sen-
tiant quidem vt animalia; cumque dilatantur & in
se ipsa contrahuntur, motum item obscurum ha-
bent. Immobilia tamen loco sunt, & quasi terrae ac
scopulis adhaerescunt, vt plantae. Quare motus per-
fectionis quidem inditium fuerit, at non ipsa perfe-
ctio. Quaeque incedere ac progredi videris, affir-
mare poteris perfectam habere sentientem natu-
ram facultatibus suis omnibus praeditam, quibus
tum proxima, tum remota obiecta comprehen-
dat.

Addit (neque mutilatis). Quod non ad spe-
ciem uniuersam, vt prior particula; sed ad indi-
uiduum refertur. Vt cuncta haec sensoria sensusque
omnes in animalibus illis inesse intelligas, quae tum
specie perfecta, tum indiuiduo non mutilata fue-
rint; hoc est aut in primo ortu oblaesa, aut post par-
te corporis quapiam & organo priuata: sed toto
corpore & partibus membrisque omnibus optimè
& naturae suae congruenter disposita.

Talpam vidit obijci sibi posse, quae perfectiorū
animalium genere continetur; nec tamen vno
aliquo indiuiduo, sed specie tota carere oculis &

aspectu videtur. Eam respondit sensorijs omnibus
praeditam esse. Quippe oculos etiam habet, sed pel-
le obductos ac tectos; ne dum terram fodit sibi-
que cuniculos parat, laederentur à terra. Fortasse
etiam à minoribus ad maius argumento vsus est. Nam
si talpa, quae in animalium perfectorum genere im-
perfecta & mutilata oculis, priuata videtur, oculos
tamen sub pelle habet: multo magis tum ipsa ha-
bebit reliqua ceterorum sensuum sensoria, tum
verò animalia perfectiora sensorijs omnibus &
sensibus praedita erunt. Ceterum totum hunc lo-
cum idem ipse Philosophus in cap. 8. lib. 4. de ani-
malium historia pulchrè interpretatus est. Nam
cum quinque sensus commemorasset; Homo, in-
quit, & quaecumque terrestrium animal gignunt;
atque etiam quae sanguinem habent & animal pa-
riunt; omnia hos omnes sensus habere videmus;
nisi quid laesum sit ac laesissimum: quale talparum
genus, cui aspectus deest. Non enim oculos in
aperto id habet. Cute tamen detracta, quae crassius-
cula obrenta luminum sedem opacat, oculi intus
laesissimi imperfectique visuntur. Sed ita, vt eas-
dem omnes partes habeant, quibus integri oculi
constant. Habeant enim nigricantem illum orbicu-
lum, & quod intra eum continetur, quod pupillam
vocant. Atque etiam albidæ portiois ambitum:
sed non tam liquidò, quam oculi conspecti & emi-
nentes. Nec in partem exteriorem hac apparere
possunt, propter obductam cutis corpulentiam:
quippe cum natura inter procreandum laedatur, at-
que ita inchoatum opus relinquatur.

Ex quibus verbis quinque omnino intelliguntur.
Primum, animalia perfecta non solum hominem
esse, sed alia plurima, quae sensus omnes habent.
Deinde talpam item de genere perfectiorum, esse,
sed oblaesum animal ac laesissimum. Quam ob cau-
sam nunc quoque cum perfecta & non mutilata
animalia dixisset, talpam statim subiunxit, tanquam
perfectum quidem, sed mutilatum animal. Tum
verò eam oculos habere, at aspectu non item frui.
Mox huius rei causam esse ineptitudinem sensorij.
Inchoatum enim est minimèque absolutum & cras-
sa obductum pelle, quae luminis accessum prohi-
bet. Postremo cuiusmodi oculi illi sint & quibus
partibus constent. Verum enimvero an talpa quid-
quam omnino cernat, uniuersèque totum hunc lo-
cum in quo de sensuum in animalibus distributio-
ne agitur, operæ pretium fuerint paulo pluribus
examinare.

DIGRESSIO I.

Quomodo animalibus distribu-
ti sint sensus.

Quinque sensus, aspectum, auditum, odo-
ratum, gustatum, & tactum; non inesse om-
nes in animalibus omnibus certum est. Tactum
habent cuncta. Primus enim omnium est, quo ani-
mal primum constituitur, & sine quo aliorum nul-
lus potest consistere. Gustatum quoque aliquem
obscuro saltem & imperfectum: tum propter
magnam cum tactu cognitionem, quae tactus quid-
dam est, tum propter alimentum animalibus omni-
bus necessarium, Addidit Aristoteles in tex. 28. su-

Gusta-
tus ali-
quis in
omnibus
anima-
libus.

terioris libri, & tex. 63. & 64. huius tertij, & cap. 1. lib. de sensu & sensibili. Quare si in cap. 2. lib. de somno & vigilia, & Themistius hoc loco, & Philoponus in comment. tex. 31. lib. 2. in imperfectis quibusdam animalibus, cuius generis spongiæ sunt & vrtice marinx, solum dixerint inesse tactum sine gustatu, id de magis perfecto ac distincto gustatu intelligendum erit. Paulo meliorem habent hunc sensum sine perfectioribus ceteris ostrea, concha, & similia, quæ motu priuata sunt. Atque ex eorum genere, quæ quoquo modo mouentur, Echinus marinus in cap. 8. lib. 4. de hist. numeratur.

*Pisces
audire
Et odorari.*

Præter tactum & gustatum, odoratum quoque & auditum inesse piscibus, etsi non manifestum illorum organum, sed narium & aurium loco foramina quædam duntaxat in capite præferant, multis eodem in loco demonstratur. Facto enim vel leui strepitu fugiunt: &ideo piscatores certis ac statis temporibus silent: alij vero strepitum faciunt, quò aut eos in vnum locum congregent, aut in retia compellant. Escam vero minus recentem vix attingunt, nec eodem escæ genere capiuntur omnes, sed proprium sibi genus, vel in tenebris, solo videlicet odoratu dignoscunt & ad illud accurrunt. Immo odoribus interdum euocantur ex antris: nidoribus & sepiarum cariculis dentis, aut assatis polypis delectantur plurimum. Contrà sturæ, si vel piscium latura vel nauis sentina eiciatur, tanquam odorem sentientes, mirum in modum fugiunt. Suum præterea sanguinem odorari pisces videntur. Nam eo effuso abeunt. De aspectu dubium non est, cum & patentes ostendent oculos, & accedentes homines cum aspiciunt, recedant.

Apes quoque culices, formicas, & huiusmodi animacula, odorari ostendit: quoniam procul persentiant: nec putidis vnquam floribus insident apes: & regem, inquit in lib. 9. cap. 40. si forte aberrauerit, odoratu sagaci persequuntur donec inueniant. Deinde sulphuris odore intereunt ex his multa, aut certè sulphuris organique odore abiguntur deseruntque cauernulas.

Denique in homine ac perfectioribus ceteris, tum terrestribus, tum volatilibus animalibus, certum est & sensus omnes adesse, & eorum organa effortata melius magisque distincta. De aspectu solum & auditu duplex est difficultas. Altera de Talpa; Nam quidquam aspiciat. Altera de Ape; An audiendi sensu vtatur.

*De talpa
oculis.*

De Talpa non apud interpretes modo, sed apud Aristotelem item diuersa & penè dixerim pugnàtia reperias. Etenim dum hoc loco eam dixit habere oculos videndique sensorium, vt perfecta cætera habent; existimare visus est eam videndi quoque vsu potiri. Siquidem sensoria propter sensum dantur; frustra que sit illud organum, cuius nullus sit vsus. Quo argumento vsum illum sapè fuisse in Digressione ad tex. 88. lib. 2. adnotauj. At in primo de historia libro cap. 9. & lib. 4. cap. 8. omnino eam negauit quidquam videre, aut perspicuos & ad videndum aptos, sed præstos, confusos, oblaesos, habere oculos; hoc est non tam oculos, quam oculorum loca, situm & descriptionem. Verum cum non vna & simplex, sed duplex planè difficultas verbis hisce inuoluatur; vna de oculis; altera de aspiciendi facultate oculorumque officio; de vtraque seorsim dicendum est.

A De oculis vbi que Philosophum affirmantes deo eos animali huic inesse, ac minimè perfectos & absolutos. Namque hoc loco inter multa de oblaesa animalia talpam propterea censuit; quòd oculos quidem habeat, sed sub pelle positos opacatosque. Et in lib. de historia loca potius oculorum quam oculos appellauit; quòd perspicui, apti ad videndum apti nequaquam sint. Legimus tamen oculorum situm descriptionem que exarata esse, quæ in perspicuis cæterorù animalium oculis ad naturalem suam functionem comparatis occurrit: pupillam inquam & circa eam albuginem huiusmodi, ambientisque tunicas; & ipsam loca proditam legimus, & detracta pelle comparatis. Minimè vero perspicui potuerunt, natura immutandum laesa inchoatumque opus ac dimittendum relinquentes. Quo sanè exemplo magno opere vti est Galenus in 14. de vsu partium lib. cap. 6. & lib. 1. de semine cap. 5. vt eadem in feminis ac masculis ostenderet esse genitalia membra, eisdemque vtroque sexu partes: Verum in maribus genitalia foras, vehementiori propellente calore in feminis intus condita, propter imbecilliores vires erumpere nequiuisset. Sic enim Talpa quoque oculi intus formati ex ipsèdemque humoribus & rariis coagmentari exprimi foras à debiliore natura non potuerunt; similesque illorum oculis, qui generantur vtero, remanserunt. Nam vt ij clauis sunt, quibusdam etiam in lucem editi non statim exiunt; dentisque in gingiuis ad huc latentis perpetuò sunt talparum oculi.

C Num verò quidquam omnino cernant, magno contentio est: Nec inter Aristotelis modò interpres, sed inter alios item peruestigatores naturæ Galenus cæcum profus animal appellauit. Idem Plinius visum est in lib. 11. cap. 37. quam ob causam lib. 30. cap. 3. duo mala scripsit huic animali curam fecisse. Alterum, quòd perpetua cæcitate tenebris damnauerit. Alterum, quòd vniuersum sepe. Subscribunt Themistius, Aueroes, S. Thomas, & Philoponus, tum in expositione tex. 31. lib. 2. tum in comment. 1. huius, atque hoc demum loco, vt in sua tabula M. Antonius Zimara. Neque ego magno opere contradicam: quippe rem secus habere non facile demonstratur. Frustra autem non responso datos oculos nihil visuros. Nam aut ad ornatum adiecti sunt, vt mammillæ maribus: aut vt talpam de genere perfectiorum animalium esse intellexeret; aut quia ratione generis, quo talpa minus quidam est & perfectum animal, debebantur. Etsi impetata post natura fuerit; quòd speciei obscurum & opacum terræ locum habitaturæ non conuenient. Etenim scitum illud; Quòd conuenit generi, speciei quoque conuenit; de attributis essentialibus intelligendum est. Quamquam fortasse cum non tantum perfecti, vt operari queant; nequaquam recedices eos esse frustra. Nam in tex. 62. lib. 2. Philosophus frustra id dicitur, quòd aptum erat consequi, si nec neque consequutum est. Denique haud quaquam absurdum esse respondebo, quidpiam in indistincto esse frustra, modo in vniuersa specie non sit. Sane qui nascuntur muti, surdi, aut cæci. An non frustra in illis sunt loquendi, audiendi, videndique instrumenta? Id tamen non reprehenditur; quoniam in vniuersa specie vsui sunt. At cur non etià dicam frustra non esse in specie, id quòd vsui generi sit? Sane in mulo adsunt organa omnia procreationi dicata,

& tamen sterile animal est, & infecundum: neque aculamus natum; quoniam in asino frustra non esse cernimus. Ita vero talpe oculos frustra non esse intelligas: quia si non videt talpa, videt mus, sub quo genere illa continetur.

Vere autem dixisse videtur Themistius, videndi officium animali huic intra terram degenti necessarium esse non potuisse. Neque enim ad querendum cibum, aut procul aspiciendum quidquam. Quippe in obscuro loco per crassum & opacit elementum nihil vidisset. Et aut alimentum habet presens & obuium; aut odoratum, qui magis, quam aspectus, propter alimentum animalibus datus est. Aut certe auditu, quod Alberti testimonio & Plinij in lib. 10. cap. 69. acutissimum habet, satis superque venatur.

Ergo Aristoteles hoc loco probaturus sensoria omnia & sensus animalibus perfectis inesse, argumentum sumpsit ex talpa, quae cum animal perfectum sit ratione generis, mus vi delicet quidam, oculos saltem habet. Quia cum videndi sensum rationes generis habere deberet, natura mutis cuiusdam productionem aggressa oculos quoque formare cepit. At quoniam mutilata, & lesa visum, orbata ratione speciei futura erat, ad eam declinans ab opere desistit, caecumque animal fecit. Quare cum oculos habeat, qui animali illi debitum visum testantur, si absoluta perfecti animalis productio fuisset, sapienter deduxit, animalia perfecta & non mutilata sensibus cunctis ornata esse.

Verum haec omnia tam necessariis rationibus non concluduntur, quin probabilibus argumentis liceat affirmare, non nuda & otiosa plane organa, sed exili item aliqua tenui, functione praedita talparum speciem inesse. Qualis inquit Simplicius, per obductam oculis tunicam esse potest; atque in nobis, dum penitus occidimus palpebras, esse solent, et in animalibus illis, quae noctuaga vocitantur. Et certe Aristotelem non temere dixeris consentire. Dum enim animalia perfecta sensus omnes habere argumento talparum ostendit, quae est mutilata sunt & oblesae, oculos tamen obtinuerunt: Praeterquam quod in 1. 9. lib. 2. oculum sine visu homonymie oculum scripserat appellari; dum de sensu loqueretur, non erat purum, nudum, iners, & omni sensu carens instrumentum adferendum. Optimum vero fuerit argumentum; si in animali laeto, etsi sensorium imperfectissimum sit, quia tamen sensorium est, aliquid sensus adest: multo magis in non mutilatis neclatis omnes sensus erunt, ipsi perfecti & viuaces. Quod si in lib. de hist. visu carere dicat, eo modo dicit, quo oculos asserit non habere. Quare ut quodam modo, non simpliciter & detectos, conspicuos, atque in aperto politos, ut animalia caetera, oculos ait habere; sed imperfectos & pelle occultatos; quae tamen quoquo modo perspicua & ad recipiendum lumen idonea est; & ideo nequaquam eo in loco pilosa. Ita intelligere oportet visum illi quempiam obscurum & exilem, non acutum & perfectum, inesse non qui procul & remota obiecta (quod proprium aspectus officium est) sed qui proxima solum suscipiat.

In vniuerso autem animalium genere ita comparatum esse animaduertimus, ut quod in reliquis omnibus instrumentis euenit, pro diuersa oculorum dispositione magis aut minus aspiciendi virtus vigeat. In quibusdam perfectissimi sunt, & statim in lucem edita optime cernunt; alijs primum clausi, ut catel-

lis, post aperiuntur & exacte vident: nec tamen propterea caecos initio dicimus. Alijs semper detecti & absque palpebris expositi, ut piscibus. Ne quartus deesset gradus, perpetuo clausis seu perspicua potius membrana obducti, ne illorum usus omnino prohiberetur, facti sunt talpa. Atque hic perfectorum animalium extrinsecus. Tum sequuntur imperfecta, quibus non tam oculi quam oculorum vestigia. Et quaedam non videndo, sed ostendicula tentando incedunt, ut limaces. Ita ab imperfectioribus ad perfectiora sensum naturam progreditur.

At quorum aspectus talpa, tenebrosa scilicet & opaca regionis incolae? An quia perfectum animal est, aspiciendiq. sensorio praeditum? An non tam ut videret, quam ut videndi usum & lucem fugeret? Na cum naturalis illius locus esset terra, maximoque noxius aer, ut vitaret aerem se sequi intra terram contineret, inseruit natura lucis sensum, ut si quando prodiret ex terra, lucis laesionem sentiens sese illic sub terram abderet. Cur vero tam exilis ac tenuis visus? Triplicem tibi rationem in 10. de subtilitate libro Hieronymus Cardanus indicauit. Primam, ne sub terra tenebrosa degens, si acutum haberet, nihil videns nimium tristeretur. Alteram, quia si acri esset intuitu, molles haberet oculos, facileque laederetur a terra: nec tamen in illis tenebris quidquam iucundum cerneret. Tertiam, quod acuti aspectus finis est procul aspiciere: ea degens sub terra nihil poterat procul videre. Quartam potiore fuisse arbitror inepititudinem ac ruditatem sensorij, crassamque obductam pellem.

Verum quae pellis huiusce necessitas? Ne, inquit, Philoponus, dum terram fodiens parat sibi cuniculos & cibum quaerit, lumbricos, & herbarum radices, excaccaretur facile. Vel, quemadmodum Alberto placuit, ut si quando animal habetationi tenebrosa asuetum prodiret in lucem, splendorem, & vim lucis sustinere posset. Non est igitur horum quoque interpretum sententia omni visu priuatum, si aut excaccari potest, aut sensum lucis habet. Tamen idem ipse Albertus in 22. de animalibus libro caecum appellat animal, quod non oculos, sed oculorum loca habeat. Verum id propterea fortasse dictum est, quod imperfectissimis oculis tenuissimoque aspectu sit. neque hac de re quidquam est, quod cum maiori nunc probabiliter disputet.

De formica eadem non nullis dubitatio, An sensum habeat aspiciendi. Caecam plane facere non dubitauit in 9. de subtilitate lib. Cardanus. Quoniam, inquit, non adeo indigeret aspectu, cornibus auxiliantibus, quae baculi loco sunt illi ad tentandam viam, velut & limacibus. Sed immerito ita loquutus est: cum eadem in hoc, quas in animalibus ipsis, quae vident, operationes obseruemus, & vero, quam iam permultis, admirabiliores: quas idem ipse auctor in 7. de rerum varietate cap. 28. commemorat. Et in maioribus quoque illius generis aperte satis oculos deprehendimus. De mulcis alijsque, similibus sententia eadem. Et vniuersis nullum animal volans caecum esse debuit, ne volans impingeret, laederetur, & caderet.

Venio ad Apes, quas non solum is auditu priuauit, sed Aristoteles quoque ad initium primi libri metaph. & verbis eius permoti S. Thomas, & Augustinus Niphus. Verius tamen eas audire, tum a Plinio in 11. lib. cap. 20. & Virgilio in 4. Georgicorum, & Alberto in 1. Metaph. alijsque pluribus affirmatum est. Tum vero ab Aristotele ipso significatum in 9. historiae

Cur talpa aspectus datur.

Cur oculi eius obducta pellis.

An formica vident.

An apes audiunt.

Dante

lib. cum in cap. 40. de hoc animalium genere differuisset plurima. Gaudere, inquit, plausu atq. sonitu apes videntur: quapropter sonitu aeris aut fictilis conuocari eas in alueum aiunt. Et quamquam rei difficultatem indicans, incertum esse subiungat, an audiant, & voluptate, an formidine id faciant: audire tamen ostendit, cum addit. Tempore matutino silent omnes, donec vna gemino aut triplici bombo excitet omnes. Tum vniuersa ad opus prouolant. Cumq. redierint, primum item tumultuat, paulatimq. minus subinde strepunt, dum vna circuuolitando susurret, quasi dormiendum precipiat. Tum repente omnes conticescunt. Idem de signo, quo ad migrandum excitantur, antea dixerat. Cum migrandum est, inquit, vox solitaria & peculiaris quedam aliquot ante diebus intus mittitur. Quibus omnibus verbis argumeta quoq. continentur, quibus animal huic auditum inesse demonstratur. Nam cum eris sonitu conuocantur, aut voluptate permouentur, quod plausu delectentur ac sonitu, aut commoti & agitati aeris formidine incitentur, (hoc enim dixit dubitari posse) si commoti aeris formidine mouerentur, longius potius auolarent, quam ad eum, in quo fit sonus, aerq. plurimum agitatur, aduolarent locum: praesertim cum impulsus aer eas impellat, non trahat, aut alliciat. Deinde si aeris illam agitationem experirentur, cuius nulli nos prorsus sensum habemus; exquisitior in illis, quam in nobis esset, tactus. At in tex. 94. antea traditum est; hominem inter animalia omnia exquisitissimum habere huc sensum. Verum solitaria & peculiaris vox, quae migrandum indicit; vnius apes vox aut leuis susurrus, qui aut ad opus excitat, at somnum precipit; quantam demum & quam simplicem aeris commotionem faciant? Deniq. non aeris commotione aut agitatione, sed plausu, sonitu, tinnitu, voce, bombo, susurro, quae omnia soni quidam sunt & ad auditum referuntur, permoueri ex dicuntur.

Neque verba illa, quae in i. Metaph. libro leguntur, vrgent magnopere. Alberti enim extat interpretatio in primis accommodata, & vera. Eo loco sermonem non esse de auditu absolute & vniuersae, quatenus sonorum sensus est: Sed ut percipit sonum ad modum sermonis & nominum, quae conceptiones quasdam significant. Qui auditus, ut disciplinae principium est, sic in animalibus ijs solis reperitur, quae disciplinae quoquo modo capacia sunt, ut canes, simiae, psitaci, & alia quaedam; quae proprijs compellata nominibus accurrunt, alijsque & alijs vocibus auditis mouentur aliter aut quiescunt. Hic apibus inesse negatur. Is autem, qui est soni simpliciter & absolute, tum in animalibus alijs perfectis, tum in apibus continetur. Atque ita Philosophi loca alioqui pugnancia conciliantur.

TEXTVS.

ὅτι ἐἴ μὴ τὸ ἄσπρον ὄντι σῶμα, καὶ πᾶσι, ὁ μὲν δὲ ὄντι τῷ ὄντι τῷ σωματικῷ, οὐδέ μὴ αἰετὸν εἶναι αἰσθητικῶν.

Tex. 132. Quare si non est aliud corpus & affectio, quae nullius sit eorum quae hic corporum, nullius utique deficiat sensus.

COMMENTARIVS VII.

IN sensuum quinario numero stabilitudo ostendendum non est Philosophum illud praesens sententiae firmamentum. Ex medijs & sententiarum argumenta deducit. De obiectis, ex quibus materiae constituntur ac distinguuntur facultates, adhaerens loquutus est; praeterea, quod principium significasse, non item satis explicasse videtur. Quocirca qui prima horum verborum vna peculioli solum hic superioris argumentationis ratijs deducte conclusionem continerentur, ut Philoponus; mea quidem sententia non pariter duntaxat ex obiectis rationem proponunt. Non orationis principium deductionem quandam aperte significat. Melius quidem Themistius & S. Thomas, tum ex sensorijs, tum ex obiectis deductionem faciunt. Sed quomodo apud illos haec distincta rationes fuerint ac sensum explicatae, non reperitur.

Optime vero cum Simplicio interpretabundum conclusionem eorum esse, quae de medijs & sensorijs praedicta sunt. Particula enim (quae) rimberber concludendi. Tum vero addi aut certe in memoriam reuocari atque absolute argumentum illud obiectis ductum, cuius propositionem antea praesertim fuisse docui. Nam si praeter nota quatuor elementa, ignem, aerem, aquam, terram, ex quibus sensum est quomodo & quatenus sensum materiae sensoria consent; nullum est aliud corpus simplex (quae enim permixta sunt, ex illis quatuor sunt concreta). Et rursum si quinque his sensibus, qui praedictis in animalibus in sunt, omnia nobis obiecta sensilia obiecta cognoscimus; nisi alia sit affectio, sensilia ut qualitas praeter eas, quae in his corporibus obuijs obseruantur; nullus profecto praeter haec quinque sensus esse potest, perfectisque animalibus quae illos habet, nullus deest. Aut si ita manifestum cinari. Si alius esset sensus, aliud quoque esse medium, aliud sensorium, aliud obiectum: ac nullum est corpus, quod medium aut sensorium esse possit, nec sensilis vlla qualitas, quae sit obiectum: neque igitur alius est sensus. Ut argumentatio sit a consequentis destructione ad antecedentis destructionem.

Itaque quod corpus & affectionem Philosophus corpoream affectionem interpretetur, quae sensorium facere queat; non probo, tanquam violentam minimeque consentaneam interpretationem. Sed ut corpus, & corporis affectionem Philosophus nominat, sic tanquam duo diuersa intelligo: corpus aliud ab elementis quatuor, & affectionem quantalatem sensilem, quae in corpore, quae hinc, hoc est nobis notis & obuijs, siue elementa sunt, siue elementis permixta. Nam principes quidem quatuor qualitates tactiles, & praeter eas grauitas & leuitas & aliae quaedam, elementorum sunt: colorum autem, odores, & sapores, mistorum corporum.

Verba illa (quae hic) addita quidam putant, ut ex leste corpus excluderetur. Sed propterea illa loquuntur, quod de sensorijs solum arbitrentur esse sermonem, ad quae constituenda aeternum illud & impatibile corpus ineptum est. Cum vero de obiectis quoque ratiocinetur Philosophus, multo corpora, quae apud nos & nobis nota sunt, haec.

hac rerum vniuersitate continentur, intelligere: A
 preter quæ & eorum qualitates nullum aliud sit aut
 corpus aut qualitas, quæ aut sensorii aut obiectum
 esse queat. Quamobrem cæleste quoque corpus
 rectè Simplicius comprehendit; quoniam ipsum
 sensibile est, sensibileque qualitates habet; lumen præfer-
 tum, quod oculis ipsis percipimus, cuiusque benefi-
 cio & ope inferiorum quoque corporum colores
 cernimus.

Porro non esse plura corpora, nec sensibiles plures
 qualitates, manifestum est. Nam præterea, quæ in
 posteriori de ortu & interitu libro de quaternario
 elementorum numero tradita sunt; si corpora
 omnia examines, aut vnum sunt ex illis quatuor
 simplicibus, aut aliud ex illis permixtum. Et rursum
 si sensibiles qualitates singula singularum corporum
 perquirantur, nullam reperias, quæ quinque sen-
 suum aliquo non perferatur. Propterea in huius
 propositionis probatione immorandum sibi non
 esse dicitur Philosophus; cum certum esset, nullam
 obijci aduersarij posse.

DIGRESSIO II.

Quæ hæc Aristotelis argumentationes
 expenduntur.

SI vniuersa Aristotelis probatio hæcenus expli-
 cata in summa capita referatur; ea triplici constat
 argumentatione: quarum vna ex medijs, altera ex
 sensorijs, tertia ex obiectis deducta est. Quibus si
 addideris eam, quam ex vitæ nostræ perfectione
 Simplicius hausit, quatuor omnino fuerint. Quæ
 ex medio ducitur, principio duplici sustentatur.
 Altero, sensum omnè operari per medium. Altero,
 medium illud aptum & accommodatum esse debe-
 re ad suscipiendum sensuique reddendum motum
 ab obiecto factum, si sentire est pati atque ab obiecto
 moueri. Quæ verò ex sensorijs, tum ex eo vim ha-
 bet, quòd omnis sensus organica facultas est, nec si-
 ne organo operari potest: hique ipsi sensus, quos
 nominamus, singuli singula sibi propria sensoria obri-
 nent. Tum ex eo, quòd inter cuiusque sensus sensorij
 & medium, per quod ad illud deducitur eius
 obiectum, magnam oportet proportionem & con-
 uenientiam esse. Quippe sensorij moueri debet
 per medium, & eorum vtrumque sensibiles obiecti
 actum suscipere; qui per medium ad sensorium
 traiciendus est. Quod nequaquam fieret, aut certè
 non sine vi, nisi eiuſdem essent aut naturæ aut quali-
 tatis. Postremò (Simplicij enim argumentationem,
 est sui vi probandi non careat, nunc prætermittam)
 ea, quæ ex obiectis ratiocinatur, principium illud
 sequitur; Facultates esse propter obiecta totamque
 suam naturam & distinctionem ex illis sumere.

Ex quibus facile quis intelligat, quàm sapienter
 in hac re confirmanda summus Philosophus egerit;
 quàmque certis eam ac necessarijs argumentis de-
 monstrauerit. Quæ si cum Platonica argumen-
 tatione illa conferantur, quàm in huius libri commen-
 tario primo Philoponus adfert, quantum demum
 interent? Nam quæ tandem est illa deductio?
 Quinque sunt simplicia corpora, elementa quatuor, &
 quintum cæleste corpus; quinque item figuræ solidæ,
 Pyramis, cubus, octo laterum, duodecim laterum,
 & viginti laterum; quinque igitur sunt sensus. Quis
 sapientem philosophum ita colligentem ferat?

Quæ enim est istæ antecedentis & consequentis,
 figurarum sensuumque connectio?

Tribus tamen modis fuit Aristoteles reprehensus.
 Primum à Iamblichò, vt in comment. primo
 Simplicij testatur: quòd animalium inductione
 numerum sensuum probauerit: cum tamen ani-
 malia existant plurima, tum cælestia, tum damo-
 nes: quorum illa melioris sensus sint, quàm hæc
 mortalia. Siquidem imparibili sensu, qui quæ à se-
 ipso excitecur, prædita sint. Hi verò Platonico-
 rum sententia sensus item vrantur. Deinde à S. Thoma
 in prima Theologicæ summæ parte quæst. 78. art. 5.
 quòd cum facultates non sint propter sensoria aut
 media, sed hæc potius propter illas; minus accom-
 modatè ex sensoriorum aut mediõrum numero fa-
 cultatum numerus concludatur. Tum demum à
 Hieronymo Cardano ad initium 13. de subtilitate
 lib. quòd in vniuersa hac re demonstranda commu-
 nibus assumptionibus vsus sit.

Iamblichò responderet Simplicius, Aristotelem
 nequaquam inductione vsus fuisse, sed firma pro-
 fus ratione ex vitæ perfectione sensorijque posita.
 Deinde cælestium atque adeò demonum sensum
 alterius ordinis esse, neque cum nostris hisce com-
 memorandum. Sicut nec communem, qui in nobis
 est, sensum cum exterioribus quinque numeramus,
 est cum illis coniunctus sit. Tum verò illorum sen-
 sum minime à nostris diuersum esse natura; cum
 circa eadem sensibilia obiecta versetur. In qua res-
 ponsione mirari primum, possumus tacite quo-
 dammodo fuisse concessum cælestium sensum im-
 paribilem esse. Etenim omnis sensus, immò facultas
 omnis cognoscendi, facultas patendi est: cum nil
 aliud sit cognoscere, quam in seipsum transferre
 obiectum illiusque formam sine materia suscipere.
 Deinde illa duo non satis constare videntur: sen-
 sum illum cum nostris numerandum non esse: &
 rursum eum à nostris minime diuersum esse. Certè
 si ille agendi solum facultas est; non patendi,
 quemadmodum noster, omnino ab eo diuersus est.
 At negandum profus erit cælestibus vllum aut da-
 monibus inesse sensum; vt cap. 71. huius ipsius libri
 pulchrè demonstrauit Themistius. Verùm hac dis-
 putatio alio loco definita est.

Iam S. Thomæ argumentationi respondebo: est
 sensoria propter facultates facta sunt, quemadmo-
 dum id, quo vtitur, propter id fit, quòd ea vsurum
 est: & vt etiam demus, media quoque propter
 easdem per illa operaturas parata fuisse (licet id for-
 tasse non omni ex parte verum sit.) Confectum
 tamen est Philosophis à posteriori & ex effectu ad
 causam & id, quòd prius est, ratiocinari. Sic enim
 Aristoteles cum à priori quasi argumentum princi-
 pio sumpisset ex sensibilib. obiectis, vel, vt Simplicio
 placuit, ex animæ vitæ perfectione, quæ sensuum
 omnium principium exiit: sapientissimè ex orga-
 nisitem, quæ notiora nobis sunt & sensibus ipsis
 comprehenduntur, ad incognitos & latentes sensus
 ratiocinatus est. Quæ argumentatio certissimo, vt
 dixi, principio nititur; Sensum facultatem esse cor-
 poream, quæ sine corporis organo subsistere nequeat.
 Vnde consequens est, nullum in animalib. sensum
 esse posse, qui non habeat organum, & quidem sibi
 proprium. quia si propria quædam & ab alijs diuersa
 facultas sit; vt proprii sibi habet operandi modum,
 propriumque obiectum; ita proprium quoque quo
 vtatur, organum habere debet. Ex medio etiam
 optimum fuit argumentum, propter necessariam

